



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DLXXIX. Vergleich des Herzogs Otto von Braunschweig mit seines
Vaterbruders Wittve wegen Zehnthebungen zu Goslar, zu welchem die
Markgrafen von Brandenburg zugezogen werden sollen, vom 3. Juni 1243.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

DLXXIX. Vergleich des Herzogs Otto von Braunschweig mit seines Vaterbruders Wittve wegen Zehnthebungen zu Goslar, zu welchem die Markgrafen von Brandenburg zugezogen werden sollen, vom 3. Juni 1243.

Nos Otto, Dux de Brunsvich, tenore presentium protestamur, quod cum dilecta nobis vidua felicis memorie Palatini, patris nostri, pro Decima in Gollaria concordauimus in hunc modum. Dabimus dicte Domine mille et centum marcas puri argenti, quarum octingentis persolutis et in Festo Michaelis centum et quindecim marcas solvere debemus. Pro summa, que supraest, dedimus ei proprietatem nostram Isenhagen cum omni ejus vtilitate et pertinentiis ita, ut si quis de proprietate illa aliquid impetat, ab omni impetitore a Festo Johannis infra annum debeamus totaliter expedire. Si vero partem aliquam proprietatis ejusdem expedire infra dictum terminum non possemus, super eo secundum abbatis de Riddagshusen consilium faciemus. Ut autem summam predictarum centum quindecim marcarum persolvamus Festo Michaelis proxime nunc venturo, ut etiam proprietatem Isenhagen ad datum nobis terminum ab impetitore quolibet absolvamus ipsi, nos promissum fide data et nobiscum duodecim de nostris Ministerialibus promiserunt, si non fuerit, quod promissum, observatum, Brunsvic intrent, inde non exituri, nisi in Domine sepeliete et abbatis de Riddagshusen fuerit voluntate. Nomina eorum, qui nobiscum promiserunt hec sunt: Ecbertus de Alseborg, Anno de Heimborg, Lufarius pincerna, Anno Dapifer, Heino de Wenethen, Fridericus de Esbecke, Iufarius de Herlingsberge, Borchardus de Wolferbüttele, Baldewinus de Blanckenburg, Gevehardus et Ludolfus de Bortfelde, Bertramus de Velten. Qui autem promissum receperunt hi sunt: Dominus Bernhardus de Dorstadi, Conradus filius suus, Luthardus de Meinersen, nobiles. Nicolaus Aries, Conradus de Stathen, Eilvardus de Luneborg milites. Cum autem dilectos foceros nostros illustrem Ducem Saxonie et Dominos Marchiones de Brandenburg poterimus attingere, illis similiter promittemus. Datum Brunsvic, Anno incarnationis Domini MCCXLIII, III. Non. Jun.

Nach Leuckfeldt, Antiqu. Poeldens. p. 102.

DLXXX. Die Markgrafen Johann und Otto gründen die Stadt Friedland im Lande Stargard, am 29. Februar 1244.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis, Johannes et Otto, Dei gracia Marchiones de Brandenburg, omnibus in perpetuum. Consuetudinis est ea, que sub tempore fiunt, ne processu temporis cum tempore transeant et ab hominum memoria evanescant, instrumentorum ac testium munimine roborare. Hinc est, quod constare uolumus tam futuri quam presentis temporis hominibus vniuersis, quod ciuitati nostre nouelle, que Vredeland appellatur, Ducentos mansos in principio sue fundacionis adjecimus, quorum quinquaginta ad